tremor precellitur. Cui tanta claritas. ac mira karitas
fecunda largitas semper et undique arrident utique hac
opto denique. Ne miretur ducis tante quis sublimita
tem. que me sibi ui prestante. doctum reddit plus
quam ante stillans largitatem. O decora super omnia belli
absalonis. et non talis ut mortalis sis conditionis. Mi
chi soli uirgo noli esse refragata. queso finem ut recli
nem are desperata. Tuum precor nuntium. dele me
rorem conscium. mundani decus iubaris o uerecun
da tindaris. apollo mire uinctus est penei de respec
ta. sic meus amor uinctus est re ueteri deiecta. Mag
netem uerum iterat uirgo mire perfecta. a tactu crebro
superat me gratia directa. Miranda de priamide re
memorantur gesta. qui militauit floride. sic ualent
mea festa. Michi sunt frustra commoda consulta si

lemonis. concludor te paruinnoda si duret uis agonis.
Floreum desolatio non esset conturbatio. s; mea plus treMUT ratio quam dyonea sit dilatio. quid facio. Accidens inseparabile sum tibi o decus habile. nil tecum est illaudabile. tu quippe germen pbabile. tractabile. Me rata uexat credulitas. et non crevit sedulitas. s; hesitat adhuc nobilitas. cui mea dudum militat humilitas. Grata solatia donata menti languide. mea dos. amor flos morigerata uiuide. Amantum lis te quicquid uis da laudi bene placide. nil tibi par electe lat. leticie fervide.
Te uisa primitus. exarsi penitus. p inde gemitus durat perenniter. s; tu demeleuiter illatum duriter. Hec est dira sors. nec durior est mors. nam mee uite sors stat ritu psperro. quam solam soli confero repugnat tenero. Huic me corde flagrante nosco intricatum. cuius nutu me uersante. 7 aduotum conspirante me fero beatum. Aptiorem. dulciorem nollem repire. quam elegi mee legi si dat subuenire. Plus amarem plus optarem suauerbi dona. quam si mundi ui gocundi fungerer corona. Set primum exaltandus est uisus clarificatus. a quo ioue secundus est michi significatus. Affectum si non inuenit ut me uelit amare. prego q8 conuenit nequeat

alterari. Set si nos discordia tuo more dispotus. muta
bo iam primordia mee pfessionis. Ergo nitidior side
re. respice si me uis uiuere. nam flores istat emergere.
tuo me solatium federe da ludere. Mea lex liuorum fex
te michi non piciet. mea dux te mea lux penitus aspici
et. Si solueret ut nix. hoc ferrem non aut uix. de meo
corde pix indissolubilis incidit res habilis et honora
bilis. Hoc corde precor optante uirgo si tu sinis. siquis
uoce iactitante uult pferri tue plante. illi laudum finis.

DUM Diane uitrea. sero ... tem. ...
lampas oritur. et a fratris rosea ... luce dum suc
cenditur. dulcis aura zephiri. spirant omnes etheri.
nubes tollit. sic emollit. ui chordarum pectora. et in
mutat cor quod nutat ad amoris pigno... ra. Letum
iubar hesperi. gratiorem dat humorem roris saporife
ri mortalium generi. O quam felix est antidotum so
poris. quod curarum tempestates sedat et doloris. dum
surrepit clausis oculorum poris. ipsum gaudio equiperat
dulcedini amoris. Orpheus in mente trahit inpellen
tem. uentum lenem segetes maturas. murmura riuorum
per harenas puras. circulares ambitus molendinorum. qui
furantur somno lumen oculorum. Post blanda ueneris

conmertia lassatur cerebri substantia. hinc caligant mi
ra nouitate oculi nantes in palpebrarum rate. hei quã
felix transitus amoris ad soporem. s; suauior regressus
ad amorem. Ex aluo leta fumus euaporat. qui capi
tis tres cellulas irrorat. hic infumat oculos ad soporẽ
pendulos. et palpebras sua fumositate replet me uisus
exspacietur late. unde ligant oculos uirtutes animales.
que sunt magis uise ministeriales. Fronde sub arbo
ris amena. dum querens canit philomena. suaue est
quiescere. suauius ludere in gramine cum uirgine
speciosa. si uariarum odor herbarum spirauerit. si dede
rit thorum rosa. dulciter soporis alimonia. post ueneris
defessa commercia. captatur dum lassis instillatur.
O in quantis animus amantis uariatur uacillantis.
ut uaga ratis per equora. dum caret anchora. fluctuat
inter spem metumq; dubia. sic ueneris militia. Ite.
OLIM sudor herculis monstra late conterens.
pestes orbis auferens clarus longe titulis enituit.
s; tandem defloruit. fama prius celebris. cecis clausa
tenebris. yoles illecebris alcide captiuato. Refl. Amor
fame meritum deflorat. amans tempus perditum non
plorat. s; misere defluere cum uenere laborat. Ydra

dampno capitum facta locupletior. omni peste sevior.
reddere sollicitum non potuit. quem puella domuit. iu
go cessit veneris. uir qui maior superis. celum tulit hume
ris athlante fatigato. Caco tristis halitus uel flammarum
uomitus. uel fuga nesso duplici. non profuit. gerion hespe
rius ianitorque stigius. uterque forma triplici non terruit.
quem captiuum tenuit risu puella simplici. Iugo ces
sit tenero. somno qui letifero. orti custodem diuitis in
plicuit. frontis acheloye cornu dedit copie. apro leone
domitis emicuit. truces equos imbuit cruenti cede
hospitis. Anthei lybici luctam sustinuit. casus sophis
tici fraudes cohibuit. cadere dum vetuit. sed qui sic ex
plicuit lucte nodosos nexus. vincitur. et vincitur dum
labitur. magna iouis soboles ad yoles amplexus. Tan
tis floruerat laborum titulis. quem blandis carcerat puel
la uinculis. quem dum lambit osculis. nectar hinc la
bellulis venereum propinat. uir solutus ocius et gaudi
is. laborum memoriam et gloriam inclinat. Set alcide
fortior aggredior, pugnam contra venerem. ut supe
rem hanc fugio. in hoc enim prelio fugiendo fortius et
leuius pugnatur. sicque venus uincitur dum fugitur
fugatur. Dulces modos veneris et carceris blandis se

cuius fugatus tactus vix curabitur actus

ris refero. de cetero ad alia dum traducor studia. o licho
ri ualeas. et uoueas quod uoui. ab amore spiritum solli
citum remoui. De. xii. virtutib; Hercul.

PRima Cleonei tolerata erumpna leonis.
Proxima lerneam ferro et face contudit ydrã.
Mox herimantheum uis tercia pepulit aprũ.
Eripedis quarto tulit aurea cornua ceruĩ. quinto
Stuphalidas pepulit uolucres discrimine uero.
Treiciam sexto spoliauit amazona baltheo.
Septima in augeis stabulis inpensa laboris.
Octaua expulso numerat adoria thauro.
In diomedeis uictoria nona quadrigis.
Gerione extincto decimã dat hiberia palmã.
Vndecimo mala hesp(er)idũ districta triumpho.
Cerberus extremi suprema q; meta laboris.

39 QVOCVMQVE. more motu uoluunt tempora.
eadem fretus euctasi pulso timpa. seu philogeus in
imis moretur. aut eurieteus solito uernali semine ru
beus notetur. uel dum coruscus acteon estiuo lumine re
pleatur. siue lampas radians autumpni copia ditetur.
ab uno semp(er) numine michi salus debetur. Breui specta
ta basythea inmisit. quod expectata temp(or)e tanto euri

ale tandem subrisit. sola euphrosine strictrici amula fau
trix michi sit. cui dyone nudula per quandam dulciter
arrisit. nam allotria cecinit hoc carmen quod premisit.
Cypris barbata gaudeat occultu. iam renouata maturo
tumultu. uirgo dudum femine habitum mentita. nec
fallit in uirgine ueneris perita. nomine pudico palle
at ueneretum libamen. proida ne palam ebulliat ex pte
rei famen. deuirginata tamen non horruit cum itera
uit nature luctamen. Fauor sit paris ueneris agonis.
uenus fruaris amplexibus adonis. mirtum libans indica
fauis citeronis. testem ponam pedicam mee conditionis.
Velio liberior ymmobili non superior cohorte. spes lassa
rem impulit. dum nobili fruar thori consorte. nec ad
mitterur forte. nam intra feram militaui uirginalis
porte. Pallerem nisi me ueteri miranda decore uirgo
probaret. Marcerem nisi spe ueneri fuscata timore. me
stimularet. Inclita res ita cognita perdita dant michi
fata. namque rogaui. Cui pia basia dulcia suauia con
geminata multiplicaui. Hac bibo pocula uite. hoc de
cus est michi mite. Que satis michi culta obuia secu
la multa. Sat modo mature sum confessus eam.
Claudit onus misere dum complector eam. Gratia le

ticie iure cupita. morib; et facie tam redimita. Flosculo presignis dote leporis. foueat me signis dulcis amoris.

Hec memor corde serua. quod te mea minerua. nunc p dens nunc p terua. multiformis hactenus declarat armonia. psa. uersu. satira. psallens et rithmachia. te per orbem intonat scolaris simphonia. Siquis uersat quod uerso amans et conuerso. corde nichil diuerso petat. optet. supleat ut duret amor meus. ego uicem replicans non ero fraudis reus. ut tali freto federe sit annus jubileus.

VERSUS DE SOLE.

Acteon lampas erictheus et philogeus.
Istis nominib; poterit spectare peritus.
Quemq; diem tantu temp retinere quaternu.
Acteon primum greci dicunt rubicundu.
Nam sol purpureum iam mane nouu tenet ortu.
Post gradus lampas est q cognomine fulgens.
Nam tunc splendore sentimus sole micante.
Tunc est adueniens post hos ericthe ardens.
Solis feruore quia sentimus uenientem.
Post hos extremus tunc pcedit philogeus.
Dictus amans terram. qa uespe tendit ad illa.

e

EGLOBO. Veteri dum rerum faciem traxissent
superi. mundiq; seriem prudens explicuit et te
xuit. natura iam preconceperat. que fuerat factu
ra. Que — causas machine mundane suscitans. de
nostra uirgine iam dudum cogitans. plus hanc excolu
it. plus prebuit decoris. dans priuilegium et premiū
laboris. In hac pre ceteris. totius operis nature lucent
opera. tot munera nulli fauoris contulit. s; extulit hāc
ultra sin — gula. Et que puellulis amara singulis
solet partiri singula. hu ic sedula inpendit copiosi⁹
et plenius forme munus ——cula. Nature studio
longe uenustata. contendit lilio rugis non crispata.
frons niuea. arcus supcilia discriminant gemelli. Om
nes amantium trahit in se uisus. pandens remedium
uerecundi risus. lasciuia simplicis siderea luce micāt
ocelli. Ab utriusq; luminis confinio moderati libram
nis inditio. naris eminentia pducitur uenuste. quadā
temperantia. nec nimis erigitur. nec premitur iniuste.
Allicit uerbis dulcib; et osculis. castigate tumentib; label
lulis. roseo nectareus odor infusus ori. pariter eburneus
sedet ordo dentium. par niueo candori. Certant niui
micant lene. pectus mentū. colla gene. s; ne candore ni

mio euanescat in pallorem. preastigat hunc candorem ro
sa maritans lilio prudentior natura. ut ex hiis fiat aptior.
et gratior iunctura. Rapit michi nectar diis p
uilegia data donis et gratiarum flosculis. nam natura
dulcioris alimenta dans erroris. dum in stuporem po
pulis hanc omnibus ostendit. in risu blando retia uenerea

SATVRNI Sidus liuidum Item. tetendit. A
mercurio micante. fugatur ab apolline. risum iouis
nudante. redit ab exilio uer coma rutilante. Cantu
nemus auium lasciuia canentium suaue delinitur.
fronde redimitur. uernant spine floribus micantibus
signantibus uenerem. quia spina pungit flos blanditur.
Mater ueneris subditis amori. dulcia stipendia copia lar
giri delectatur uberiori. Dulcis aura zephiri spirans
ab occidente. iouis fauet sideri alacriori mente. aqui
lonem carceri colo nolente. deputans sic ceteris glacia
les spiritus diffugiunt repente. redit calor etheri. dum
caligo nubium rarescit. sole thaurum tenente. Sic
beati spes alitur flagrans oris tenelli. dum acclinat ba
sium. scindit nubem omnium curarum. sed auelli ne
scit. ni congressio fit archani medica duelli. Felix ho
ra huius duelli. qui contingit nectare donare melli.

quam felix unio cuius suauitatis poculo sopiuntur sensus &

ESTAS. In exilium Vh. Svp. Locel h.

iam peregrinatur. leto nemus auium cantu uiduatur. pallet uiror frondium. campus defloratur. exaruit quod floruit quia felicem statum nemoris uis frigoris sinistra denudauit et ethera silentio turbauit exilio dum aues relegauit. Sed amorem qui calorem nutrit nulla uis frigoris ualet attenuare sed ea reformare studet que corruperat. brume torpor. amare crucior. morior. uulnere quo glorior. eia si me sanare uno uellet osculo que cor felici iaculo gaudet uulnerare. Lasciua blandi risus omnes in se trahit uisus labia uenerea tumentia sed castigantes dant colorem leniorem dum dulcorem instillant fauum mellis osculando. ut me mortalem negem aliquando leta frons tam niuea lux oculorum aurea cesaries subrubea manus uincentes lilia me trahunt in suspiria. uideo cum uideo cuncta tua elegantia tam regia tam suauia tam dulcia. Vrs. ar.

ESTATIS. Florigero tempore sub umbrosa residens arbore. Auibus canentibus in nemore sibilante serotino frigore. mee Tysben adoptate fruebar eloquio. colloquens de ueneris blanditissime commercio.

Cuius uultus forma cultus pre puellis ut sol stellis sic prelucet
o inducet hanc nostra ratio · ut dignetur suo nos beare con
sortio. Nil ergo restat saucius · quam cecam mentis flam
mam denudare diffusius. audaces fortuna iuuat penitus
his ergo sit introitus. Ignem cecum sub pectore longo
depasco tempore · qui uires miro robore toto diffundit cor
pore · que meum semiuiuere felici ligans federe · quem
tu sola peperere · si uis potes extinguere. Amoris spes est
dubia · aut uerax aut contraria amanti necessaria uirtutis
est constantia. Sed ceteris uirtutibus est patientia amoris
famulantia. Sed et ignis qui discurrit per precordia
iam extingua alia. Noster amor non furtiua non fragilia
amplexatur gaudia. Ignis quo crucior immo quo glo
rior ignis est inuisibilis. Si non extinguitur a quo
succenditur manet inextinguibilis. Est ergo tuo mu
nere me mori uel me uiuere. Quid referam pre pendula
uite pati pericula · Est pater est mater est frater qui
quater die me pre corripiunt. Et uetulas procellulas et
iuuenes prospeculas deputantes nos custodiunt. Argumque
centioculum plus tremo quam patibulum. Est ergo dig
num tantum benignum uitare signum unde malignum
murmur excitatur per populum. Times inuanum tam

est archanum quod nec uulcanum curo cum sophisticis cathe-
nis. Stilbontis more lecheo rore argum sopore premam
oculis clausis centenis. In trutina mentis dubia fluctuant
contraria lasciuus amor et pudicicia. Sed eligo quod uideo
collum iugo prebeo. ad iugum tamen suaue transeo.
Non benedixeris iugum secretum ueneris. quo nil liberius
nil dulcius nil melius. O quam dulcia sunt hec gaudia
ueneris furta sunt pia. Ergo propera adhec munera
carent laude dona sera. Dulcissime totam tibi subdo me.
Axe. Phebus aureo celsiora lustrat De ro sē.
et nitore roseo radios illustrat. Venustata scibiles
facie florente florem nato similes dat phebo fauente.
Aurarum ue suauium gratia iuuante sonat nemus aui-
um uocem modulante. Philomena querule terea retrac-
tat dum canendo merule carmina coaptat. Iam dionea
leta chorea sedulo resonat cantibus horum. Iamque dione
iocis agone releuat cruciat corda suorum. Me quoque
subtrahit illa sopori inuigilare que cogit amare. Tela
cupidinis aurea gesto igniem commercia corde molesto.
Quod michi datur expauesco. quodque negatur hoc fauco
mente serena. Que michi cedit hanc caueo que non
obedit huic faueo sumque reuera felix seu peam seu releuer

per eam. Que cupit hanc fugio. que fugit hanc cupio. plus
rennuo debitum. plus feror inuentum. plus libet illibitum.
plus licet illicitum. O metuenda dione decreta. o fugien
da uenena secreta. fraude uerenda doloq; repleta. Docta
furoris inestu punire. quos dat amoris amara subire.
plena liuoris urentis et ire. Hinc michi fletus abundat
hinc fletus inundat. Est michi pallor in ore. est quia

GRATES. I t e at. fallor amore.

ago ueneri. que prosperi michi risus numine de uirgine
meo gratum et optatum contulit tropheum. Diutum
militaueram. nec poteram obfrui stipendio sed nescio me
beari. serenari. uultum dioneum. Risu colloquio contactu
basio frui uirgo dederat sed aberat linea posterior et melior
amori. quam nisi transiero de ceteris sunt que dantur alia
materiam furori. Ad metam propero cum fletu tenero.
mea me sollicitat dum dubitat soluere uirguncula repagu
la pudoris. fletus bibo lacrimas dulcissimas dum me plus
inebrio plus haurio feruoris. Vim nimis audax infero
hec ungue seuit aspero. comas uellit uim repellit stren
nua se se plicat et intricat genua nec ianua pudoris rese
ratur. Sed tandem ultro milito triumphum do proposito
per amplexus firma nexus brachia eius ligo pressa figo basia

nec talia quibus amor priuetur. Res utrique placuit et me-
minus arguit mitior amasia dans basia mellita. Et sub
ridens tremulis semi clausis oculis ueluti sub anxio suspi-

L V X I t e a rio sopito.

Hyemes et serato carcere uer exit risu iouis reserato
faciem detexit purpurato florer prato. uer tene pri-
matum ex algenti renitenti specie renatum. Vernant
ueris ad amena thima rose lilia his alludit filomena meus
et lasciuia. Satiros hoc excitat et driadum chorea reduuiuis
incitat hoc ignibus napea. O cupido consciatus hoc amor in
nouatur hoc ego sollicitus hoc michi mens seruatur. Igne
alo tacitum amo nec ad placitum ut quod contra libitum
cupio prohibitum. uotis uenus meritum rite facit irritum
trudit in interitum quem rebar emeritum. Si quis aman
pamare mereri posset amari posset amor michi uelle me-
deri tandem beare quod faciles ibi pro querelas absque leua-
uare. Hoc amor predicat hec macilenta hoc sibi uendicat
absque redempta. Dum mala sentio summa malorum pectora
saucia plena furorum semina pellere nitor illorum. Est ue
nus arcubus usa nefandis dum bene palliat aspera blandis.
unguibus attrahit omnia pandit. Parce dato pia cypris
agone et quod uincamur arma repone et quibus est uenus est

P 4

et dione I t e a. Vn s v r.

LETABVNDVS. Redit avium concentus ver
iocundum ponit gaudeat iuventus nova ferens
gaudia modo vernant omnia. phebus serenatur re
dolens temperiem novo flore faciem flora renovatur:
Risu iovis pellitur torpor iemalis altius extollitur cursus
estivalis. solis beneficio qui sublato bravio recipit teporem.
sic ad instar temporis nostra venus pectoris reficit ardorem.
Estivantur driades collo sub umbroso. prodeunt oreades ce
tu glorioso. satirorum contio psallat cum tripudio tempe per
amena his alludens concinit cum iocundi meminit ve
ris filomena. Estas ab exilio redit exoptata picto redit gre
mio tellus purpurata miti cum susurrio suo domicilio
grillus delectatur: hec canore iubilo multiformis sibilo
nemus gloriatur: Applaudamus igitur rerum novita
ti. felix qui diligitur voti compos grati. dono letus ve
neris cuius ara teneris floribus odorat. miser est contrario
qui sublato bravio sine spe laborat. I t e a.
OBMITTAMVS. Studia dulce est desipere et car
pamus dulcia iuventutis tenere res est apta senec
tuti seriis intendere. Refl. Velox etas preterit
studio detenta lascivire suggerit tenera iuventa.

Ver etatis labitur hiemps nostra properat. uita dampnum
patitur cura carnem macerat. sanguis aret hebet pectus
minuuntur gaudia nos deterret iam senectus menbrorum
familia. Imitemur superos digna est sententia et amoris
teneros iam uenantur ocia uoto nostro seruiamus mos
iste numinum ad plateas descendamus et choreas uirginum
Ibi que fit facilis est uidendi copia ibi fulget mobilis men
brorum lasciuia dum puelle se mouendo gestibus lasciuiunt
asto uidens et uidendo me michi subripiunt. Item.

DUM caupona uerterem uino debachatus secus tem-
plum ueneris eram hospitatus. solus ibam prospere uestibus
ornatus. plenum ferens loculum ad sinistrum latus.
Atrii templi ianua seruabatur plene ingredi non pote-
ram ut optaui bene intus erat sonitus dulcis cantilene
estimabant plurimi quod hic essent sirene. Cum
custode ianue parum requieui. erat uirgo nobilis
pulchra statu breui. secundans colloquia in sermone
leui tandem desiderium intrandi expleui. Ingressus
in ianue sedens inuitatur ab hac pulchra uirgine
sum interrogatus unde es o iuuenis huc applicatus
cui dixi domina uestri comitatus. Que est causa
dicito huius tui aduentus qualis aut que uictoria appu-

lic te uenatus. dixi necessario uenio de tempus. dixit te
necessitas et tua iuuentus. Intus et exterius asta uul-
neratus a sagitta ueneris ex quo fui natus. telum fero pec-
toris non dum medicatus. cursu ueni tacito quo sim li-
beratus. Incessanter rogo te uirgo te beata ut hec uer-
ba ueneri nuncies legata. ipse in se mota precibus fortiter
rogata. nunciaui ueneri uerba destinata. Secretorum om-
nium salus o diuina que es dulcis prepotens amoris
regina egrum quendam iuuenem tua medicina per
curare studeas obsecro festina. Iussu sacre ueneris
ductus in conclaui. cernens eius speciem fortiter
expaui flexis tandem genibus ipsam salutaui salue
dicens inclita uenus quam optaui. Quis es inquid
iuuenis qui tam bene faris quid uenisti dicito quo-
modo uocaris. es tu forte iuuenis ille dictus paris. ista
de quo refertur cur sic infirmaris. Venus clementis-
sima felix creatura. certus quod preterita nescis et futu-
ra. ipse sum miserrimus res iam peritura quem sa-
nare poteris tua leui cura. Bene inquid ueneris
noster o dilecte iuuenis aptissime sedes nostre recte
si tu das danarios monete electe dabitur consilium
salutis perfecte. Ecce dixi loculus extat nummis ple-

tuis totum quippe tribuam tibi sacra uenus si tu das
consilium ut satis sim serenus. tuum inperpetuum
uenerabor genus. Ambo iunctis manibus iuimus matu
re ubi stabant plurime belle creature. omnes erant similes unius na
ture et unius habitus atque uestiture. Nobis appropinquanti
bus omnes surrexere quas ut salutauimus responsum de
dere bene uos ueneritis uultis sedere. uenus inquid
aliud uolumus explere. Innuens his omnibus abire, cito
pariter remansimus in loco munito solis quiescentibus
strato redimito plura pertractauimus sermone polito.
Et ut se uestibus genitrix amoris carnes ut ostenderet
niuei decoris. sternens eam lectulo fere decem horis
mitigauit rabiem febrica doloris. Postmodum trans
iuimus ire balneatum in hortanum balneum ioui
consecratum. Huius aque balnei me sensi purgatum
omnibus languoribus beneque piatum. Ultra modum de
bilis balneo afflictus fame ualidissima steteram astric
tus. uersus contra uenerem quamuis derelictus dixi
uellem edere si quis inest uictus. Perdices et anseres
ducte sunt coquine. plura uolatilia grues et galline.
placentis ductus est modius farine preparatis omnibus
pransus sum festine. Tribus tere mensibus secum sum

moratus plenum ferens loculum ubi uir ornatus resi
dens aduenero sum nunc alleuatus nummis atque sic sum
preparatus. Terreat uos iuuenes illud quod auditis.
dum sagittam ueneris penes uos sentitis mei este me
mores uos quocumque uis liberi poteritis esse si uelitis.
5 SI linguis angelicis loquar et humanis l r ro.
non ualeret exprimi palma nec inanis per quam rec
te preferor cunctis christianis tamen inuidentibus emu
lis prophanis. Pange lingua igitur causas et causatum
nomen tamen domine serua palliatum. ut non sit
in populo illud diuulgatum quod secretum gentibus
extat et celatum. In uirgulto florido stabam et ame
no uertens hec in pectore quid facturus ero. dubito
quia semina in harena sero. mundi florem diligens ecce
iam despero. Si despero merito nullus admiretur.
nam per quandam uetulam rosa prohibetur ut non a
met aliquem atque non ametur. quam Pluto subripe
flagito digneur. Cumque meo animo uerterem pre
dicta optans animum raperet fulminis sagitta ecce te
ro spiciens leta post relicta audias quid uiderim du
morarer icta. Vidi florem floridum uidi florum flo
rem uidi rosam madii cunctis pulchriorem. uidi stel

iam splendidam cunctis clariorem p(er) quam ego degeram
semp(er) in amorem. Cum uidissem itaq(ue) quod semp(er) opta-
ui tunc ineffabiliter mecum exultaui surgensq(ue) ue-
lociter ad hanc p(ro)peraui bisq(ue) retro poplite flexu saluta-
ui. Aue formosissima gemma preciosa aue decus uir-
ginum uirgo gloriosa. aue mundi luminum aue
mundi rosa. blanziflor et helena uenus generosa.
Tunc respondens inquiens stella matutina. ille qui ter-
restria regit et diuina dans in herba uiolas et rosas in
spina. tibi sanus gloria sit et medicina. Cui dixi dul-
cissima corde michi fatetur. quod meus fert animus ut
p(er) te saluetur nam quondam didici sicut p(er)hibetur. quod
ille qui percutit melius melius medetur. Ora sit
ledentia iam fuisse tela. dicis nego s(ed) tamen posita que-
rela. uulnus atq(ue) uulneris causas nunc reuela. uis te
sanem postmodum gracili medela. Vulnera cur dete-
gam que sunt manifesta estas quinta p(ro)ut p(ro)perat en
sexta quod te in tripudio quadam die festa uidi cunctis
speculum eras et fenestra. Cum uidissem itaq(ue) cepi
tunc mirari. dicens ecce mulier digna uenerari hec
excendit uirgines cunctas absq(ue) pari. hec est clara facie
hec est uultus clari. Visus tuus splendidus

erat et amenus tamquam aer lucidus nitens et serenus.
unde dixi sepius deus deus meus est ne illa helena
uel est dea uenus. Aurea mirifice coma dependebat.
tamquam massa niuea gula candescebat. pectus erat
gracile cunctis innuebat quod super aromata cuncta re
dolebat. In iocunda facie stelle radiabant. eboris ma
teriam dentes uendicabant. plusquam dicam speciem me
bra gemmabant. quidni si hec omnium mentem alliga
bant. Forma tua fulgida tunc me catenauit michi men
tem animum et cor inmutauit. tibi loqui spiritu meo
sperauit posse spem ueruntamen numquam roborauit.
Ergo meus animus recte uulneratur. ecce grauiter in
non uexatur quis umquam quis aliquo tantum mo
lestatur quam qui sperat aliquid et spe defraudatur.
Telum semper pectore clausum portaui. milies et mili
es inde suspiraui. dicens uerum conditor quid in te
peccaui omnium amantium pondera portaui. Fu
git a me bibere cibus et dormire. medicinam nequeo ma
lis inuenire. christe non me desinas taliter perire. sed dig
nare misero digne subuenire. Has et plures numero
protuli iacturas. nec ullum solatium minuit meas cu
ras. in quo sepe sepius pernoctes obscuras per ymagina

riam tecum sum figuras. Rosa uidens igitur quam sim uulneratus, quod et quantas tulerim pro te cruciatus. si placet itaque fac ut sim sanatus. pro te sim incolomis et uiuificatus. Quod quidem si feceris inter glorabor tamquam cedrus libani florens exaltado. Et si quod non uereor inter defraudabor. paciar naufragium et periclitabor. Inquid rosa fulgida multa subportasti. nec ignota penitus michi reuelasti. Sed que pro te tulerim numquam comput asti. plura sunt que sustuli quam que recitasti. Sed omnitto penitus recitationem. uolens talem sumere satisfactionem. que prestabit gaudium et sanationem. et medelam conferet melle dulciorem. Dicas quod iuuenis que in mente geris. an argentum postulas pro quod tu di teris. preciosos lapides an quod tu amaueris. nam si esse poterit dabo quicquid queris. Non est id quod postu lo lapis nec argentum. immo prebens omnibus maius nutrimentum. dans inpossibilibus facilem euentum. et quod mestis gaudium donat luculentum. Quicquid ue lis talia nequeo prestare. tuis tamen precibus opto con sentire. ergo quicquid habeo sedulus inquire. sumens id quod appetis potes inuenire. Quid plus collo uirgi nis brachia iactaui. mille dedi basia. mille reportaui.

atque sepe sepius dicens affirmaui certe certe illud est
id quod anhelaui. Quis ignorat amodo cunctaque se-
cuntur dolor et suspiria procul repelluntur. paradisi
gaudia nobis inducuntur cuncteque delicie simul ap-
ponuntur. Hic amplexus gaudium est centuplicatum
hic mecum et domine pullulat optatum hic amantium
uiantium est ante portatum. hic est meum quod nomen
exaltatum. Quisquis amat itaque mei recordetur.
nec diffidat illico licet amaretur. illi nempe aliqua
dies ostendetur qua penarum gloria post adipiscetur.
Ex amaris equidem amara generantur. non sine laboribus ma-
xima parantur. dulce mel qui appetunt sepe stimulan-
tur. sperent quod melius qui plus amarantur. Item alia.
Anni Noui rediit nouitas. hiemis cedit as-
peritas breues dies prolongantur. elementa tem-
perantur. subintrante Ianuario mens estu languet
uario propter puellam quam diligo. Prudens est mul-
tum que formosa. pulchrior lilio uel rosa. gracili
coartatur statura. prestantior omni creatura. pla-
cet plus francie regina. michi mors est iam uici-
na nisi sanet me flos de spina. Venus me te-
lo uulnerauit aureo quod cor penetrauit cu-

pido fates instillauit amor amorem superauit. Iu
uencule p qua uolo mori non iungar carior li
cet accrescat dolor dolori. Illius captus sum a
more cuius flos adhuc est in flore dulcis fit la
bor in hoc labore osculum si sumat os ab ore
non tactu sanabor labiorum nisi cor unum fi
at duorum et idem uelle uale flos florum. Item.

ESTIVALI. Sub feruore quando cuncta sunt
in flore totus in ardore sub oliue me decore estu
fessum et ardore detinebat mora. Erat arbor hec
in prato quouis flore picturato herba fontem sita grato
et umbra flatu dato stilo non pixisset plato loca gratio
ra. Subest fons uiuacis uene adest cantus philome
ne naiadumque cantilene paradysus hic est pene
non sunt scio plene his iocundiora. Hic dum pla
cet delectari delectatque iocundari et ab estu releuari
cerno formam singulari pastorellam sine pari colli
gentem mora. In amorem uise cedo fecit uenus
hoc ut credo ades inquam non sum predo nichil
tollo nichil ledo me meaque tibi dedo pulchrior quam
flora. Que respondit uerbo dicam ludos uiri non
assueui sunt parentes michi seui mater longio

tis cui irascetur per leui parte nunc in hora. Item de
Estiuali. Gaudio tellus renouatur. Eodem.
militandi studio uenus excitatur: gaudet chorus
iuuenum dum turba frequens auium garritu mo
dulatur. Resp. Quanta sunt gaudia amanti et ama
to sine fellis macula dilecte sociato. iam reuernant om
nia nobis delectabilia hyemps eradicatur: Ornantur
prata floribus uarii coloris. quorum delectatio causa fit amo
ris. gaudet chorus iuuenum dum turba frequens auium
garritu modulatur. In calore uiuido nunc reformantur
omnia hiemali tedio que uiluerunt languida tellus fertur
gramina decoratur floribus et uestiuntur nemora fron
dosis arboribus. Armorum officii hec arrident tempora.
geminatis socii restaurantur federa. festa colit ueneris
puellaris turba proximat amor teneris amaris miscent
dulcia. Item ut supra.
Solis iubar nituit nuncians in mundum
quod nobis emicuit tempus letabundum per quod
nunc apparuit dans solum fecundum. salutari
meruit per carmen iocundum. Resp. Ergo nostra
contio psallat cum tripudio dulci melodia. Fugiente
penitus hyemis algore. spirat ether tacitus elui (?) grtiore.

descendente celitus salutaris rore fecundatur funditus tellus ex humore. Sol extinctus fuerat modo reviviscit. pri-
ius inualuerat & modo tabescit. nixque nos obruens ex estu li-
quescit. qui prius aruerat campus reuirescit. Filome-
na sibidula uoce modulatur. floridum alaudula tempus
salutatur. anus licet uetula mire petulatur. lasciuia
iuuencula cum sic recreatur. I TEM. ALIA.

FRIGUS Hinc est horridum. tempus adest
floridum. ueris abstinentia tellus iam fit grauida. in
partum inde soluitur dum florere cernitur.
d. o. o. a. l. a. e. amor insolabile clericus scit diligere uir-
ginem plus milite. Sol tellurem recreat. ne fetus eius
pereat ab aeris temperantia. rerum fit materia. unde mul-
tiplicia generantur semina. Mons uestitur floribus. et
sonat auolucribus. in siluis aues concinunt. dulciterque
garriunt. nec fylomena desinit. iacturam suam me-
minit. Ridet terre facies. nunc audite uirgines. colo-
res per multiplices. non amant recte milites. miles ca-
ret uiribus nature et uirtutibus. Thymus et lapatium.
inierunt consilium. hoc propter formam milites nobis
sunt amabiles. de quibus stulta ratio suspensa est so-
latio. Sed in cordibus milites depingunt nostras facies.

cum serico in palliis, colore et in clipeis. quid prosunt nobis talia. cum forma perit propria. Clerici insignire observant nos in serimine. pannorum in velamine. denique et in pyxide. mox de omni clerico amoris fit conclusio. I v e n a t.

SEVIT. aure spiritus, et arborum come fluunt penitus. insignore suevit cantus nemorum. dum torpescat ver a sole tepet amor pectorum. numquam amans sequi volo novas vices temporum bestiali more. Refl'. Et gaudia felicia quam dulcia stipendia sunt hec hore nostre flore.

Non de longo conqueror obsequio. remuneror stipendio. letor leto premio. dum salutat me loquaci flora supercilio. mente latus iam capaci gaudia concipio. glorior labore. O.

Nichilois obsequitur non aspera. dum serico in camera favet venus prospera. nudam fovet floram lectus. caro candet tenera. virginale lucet pectus. parum surgunt ubera. modico tumore. A.

Tenello tenera pectusculo. distenduntur latera pro modulo. caro carens scrupulo. levem tactum non offendit. gracilis sub angulo. umbilicum pretendit paululum ventriculo. tumescentiore. O.

Si forte iupiter hanc videat. timeo ne pariter incaleat. et ad fraudes redeat. sive dane pluens aurum ymbre dulci mulceat. ne europes intret thaurum. vel et hec congaudeat. rursus

In dolere:

DUM prius inculta coleret uirgulta. estas I c.
iam adulta hieme sepulta. uidi uirgini phyllide
sub tilia. uidi fillidi quercus accidentia. inuideo.
dum uideo. sic capi. cogit sedulus me laqueo uirgi
neo. cordis uenatur oculus uisa captus uirgine. Refl.
Ey morior. s; hec michi penitus mors dulcior. sic amanti
uiuitur. dum sic amans moritur. Fronte explicata.
exiit inprata. ceu dyone nata. ueneris inp legata. ui
dens inuidens. huc spe duce rapior. ridens residens
residenti blandior. s; tremula bellypu uirguncula
frondis admodum tremule. ut primula de stipula non
dum seducte ferule. tremit ad blandicias. Respondendi
metus. trahit hanc ad fletus. s; natura letus amor indiscre
tus queam lineam iam pudoris tangere. meam in eam ma
num mittit propere. dum proprio uim infero post immi
nentem machinam. nec supero. nam aspero defendens
ungue limina obserat introitus. Tantalus admo
tum non admitto potum. s; nec totum frustret illa
uotum. suo demo collo iungens brachium. tuo
diutio tricatam quartum. ut uirginem de uirgine
me totum toti insero. cardinem determinem. cetera
tum istud refero. gloriae uictor ; d. I tem.

53

VERIS. dulces in tempore florenti] t'r.
stat sub arbore. Iuliana cum sorore. dulcis amor.
Refl: Qui te caret hoc tempore fit vilior. Ecce florescunt
arbores. lascive canunt volucres. inde tepescunt vir-
gines. dulcis amor. Ecce florescunt lilia. et virgines dant
agmina. summa deorum carmina. dulcis amor. Si tenerem 5.
quam cupio. in nemore sub folio. oscularer cum gaudio.
NON. contrecto. quam affecto. ex directo] tr.
late specto. nec annecto. nec deflecto cilia. Refl:
Expirent filia virilia. semper iuvenilia labilia. sola
sunt senilia stabilia. hec sunt utensilia. quilia fascilia.
gracilia fragilia humilia mobilia docilia labilia cete-
ra et si qua sunt similia. Post fervorem. celi rorem. post
virorem. album florem post candorem. dant odorem lilia.
AMOR. Tenet omnia. mutat cordis in-
tima. querit amor devia. amor melle dulci-
or. felle fit amarior. amor cecus caret pudicicia.
frigidus et calidus et tepidus. amor audax pavidus.
est fidus atque perfidus. Tempus est ydoneum. que-
rat amor socium. nunc garritus avium. amor
regit iuvenes. amor capit virgines. ve senectus
tibi sunt incommoda. variatio. iuvencula theo

deo tenet negratis matura pestis dico pessima. Frigidus
et callidus, numquam tibi socius. dormit dolens sepius. in
natura frigidus, nichil tibi utilius. uenus tenet iuuenes in
gaudio. sana fit coniunctio. quam diligo, tuo fit impio.
quicquid melius fit nescio. Amor uolat undique. captus
est libidine. iuuenes iuuencule que secuntur merito sicque
sine socio. illa uero caret omni gaudio. tenet noctis infima.
sub intimo cordis in custodia fit res amarissima. Amor
simplex callidus. rufus. amor pallidus. in cunctis in omnibus.
amor est placabilis. constans et instabilis. arma artis regitur
impio ludit amor lectulo. iam clanculo noctis in silentio.
fit captus amor laqueo. Item at:

LUDO. Cum cecilia nichil timeatis. sum quasi in
custodia fragilis etatis. ne marcescant lilia sue cas
titatis. Tantum uolo ludere tantum contemplari.
presens uolo tangere: tandem osculari. quintum quod est
agere nolo suspicari. Non est florem tangere: non est res se
cura. unam sino crescere donec sit ~~amara~~ matura. spes me
facit crescere letum reuersura. Gratius super omnia ludus est
puelle: et eius precordia omni carent felle. sunt que prestant
basia dulciora melle. Amor trahit superos molliori nexu.
rigidos et asperos duro frangit flexu. capitur rinocerus uir-

ginis amplexu. Amor trahit superos iovem amat iuno.
motus prebens etheris imperat neptuno. pluto premens infe-
ros mitis est uno. Ludo cum virginibus horreo corruptas. et
cum meretricibus simul odi nuptas. nam in istis talibus tur-
pis est voluptas. Quicquid agant alii ergo nos ludamus.
et quem decet fieri ludum faciamus. ambo simul teneri
tenere ludamus. Iovem cum mercurio geminos tenen-
te. et a libra venere martem expellente. nata est cecilia
thauro iam latente. Natus ergo pariter sub eisdem signis.
par pari coniunctus sum legibus benignis. par pari cum igni-
bus par accendet ignis. Si valet zephirus ista contem-
plari. aurora tyndaridem velles imitari. satis quamque ce-
derent huic exemplari. Si futuram cerneret cum deo
amicam. non dotata Bononesis cederent Lechicam. si illam que-
rens coniugem relinquerem amicam. Solus solam dili-
go. sic me sola solum. non est cui liceat inmiscere do-
lum. non inanum vacant nostra signa polum. Obicit
ab alio forsitan amatur. et que semel dixerim ita revele-
tur. sed ut dictum valeat mox determinatur. Est hoc
verbum diligo verbum transitivum. nec est quod
transeat nisi per passivum. ergo cum nil patitur nil va-
let activum. Qui vult scire dicere hanc hec est maior

dea in qua uirgo passa est o quam dulcis pena. his adpre
sens pluribus gaudeat hec cena. Item. Ar.

Nos. duo boni sub aere tetro. sunt ubi boni sub sole
ri metro. pecora tetro. Herba tenella flore coronatur. tempe solis stant
rosa nouella rubore notatur. nigra puella ueste co
ronatur. Tunica lata lata succincta baltheo. circumli
gata frons filo rubeo. stat inclinata sub alto pilleo. Labor
mutauit puelle faciem. et alterauit eiusdem speciem.
decolorauit eam per maciem. Ducit puella gregem pusilla
pusillum. et cum capella caprum uetustum. et cum asel
la ligat uitulum. Polus obscura nube tegitur. uirgo
secura mox egreditur. uoce matura nos alloquitur.
Ecce pastores temerarii. gregis pastores pastores conducticii.
otii fabulatores uaniloqui. Abhominantur opus ma
nuum. lucra sectantur amant ocium aciem. nec meditantur
curam ouium. Prouida pastus est turba pecorum. copia
lactis non ordine morum. rebus attactis stat utile forum. Nec
res succedunt nec locus intuto. uellera cadunt de spiritus
inluto. palam accedunt lupi cane muto. Aspo uerbo
tractas depratioca. uel de acerbo uultu frenetica. ore ac
bo cessauit rustica. Vellem ut scires pastor carmina.
dum uiri uires non habes femina. numquam aspires

ad uiri erumnas. Est tua cura labor feminę. solum cura labor feminę: uirgo mensura filum staminę. Gerit puella morem pectori. languet asella stupent teneri. iungit capella latus lateri. paruula fides socius ocium garrula rides magisterium suo dola strides precium. Sunt nisi pastores nos gregis. pastatores gregis gregis. soli cantores sou loqui.

XI. PT. Silucula ... T P H.

Ecce rustica puella cum grege cum baculo cum lana nouella. Sunt in grege paruulo ouis et asella uitula cum uitulo. caper et capella. Conspexit in cespite scolarem sedere. quid tu facis domine ueni mecum ludere. De sacerdotib;

O quam fortis armatura. qua uestitur uestra cura. Si si forte contra uita. faciatis rixuira. nota uobis est scriptura. cum uos fertis deo thura. si mens uestra non sit pura. non sunt illi placitura. Castra uis contemptores si uos estis contra mores. uel altaris mercatores fures estis non pastores. Tu sacerdos huc respon de. cui manus sunt inmunde. qui frequenter et iocunde cum uxore dormis unde: Surgens mane missas cantas. corpus Christi benedicas. Si cere uelim causa quare. facio sanctum ad altare. statim uenis in mo

late uirgis dignus uapulare. Vapulare uirgis dig
nus . dum amoris tamen pignus · coruus tractas ⁊ non
dignus. iam non heres s; priuignus. Castitate non
imbutus s; inmundus corde ⁊ cute animarum p salute
missam cantas o pollute. Plenus sorde plenus men
dis. ad altare manus tendis. quem contempnis quem
offendis. concubinam dum ascendis. uali

a ANNI. parte florida. De Phillide et Flora.
celo puriore. picto terre gremio uario colore.
dum fugaret sydera nuntius aurore. liquit
somnus oculos phyllidis ⁊ flore. Placuit uirgini
bus ire spaciatum. nam soporem reicit pectus sauciatum.
equis ergo passibus exeunt in pratum. ut et locus fa
ciat ludum esse gratum. Erant ambe uirgines et
ambe regine. phyllis coma libera flora compto crine.
non sunt forme uirginum sed forme diuine. ⁊ respondet
facies luce matutine. Nec stirpe nec facie nec orna
tu uiles. ⁊ annos ⁊ animos habent iuueniles. sed sunt
parum impares ⁊ parum hostiles. nam huic placet cle
ricus. illi uero miles. Non est differentia corporis aut
oris. omnia sunt communia ⁊ intus ⁊ foris. sunt unius
habitus ⁊ unius moris. sola differentia modus est amoris.



Susurrabat modicum ventus tempestivus. locus erat
viridi gramine festivus. et in ipso gramine defluebat rivus. vivus atque garrulo mur-
mure lascivus. Ad augmentum decoris et caloris minus.
fuit secus rivulum spaciosa pinus. venustata foliis la-
te pandens sinus. nec intrare poterat calor peregrinus.
Consedere virgines herba sedem dedit. phyllis iuxta rivu-
lum flora longe sedit. et dum sedit utraque dum in sese re-
dit. amor corda vulnerat et utramque ledit. Amor est in-
terius latens et occultus. et corde certissimos elicit singul-
tus. pallor genas inficit alternantur vultus. sed in verecun-
dia furor est sepultus. Phyllis in suspirio floram
deprehendit. et hanc de consimili flora reprehendit. al-
tera sic alteram mutuo deprehendit. tandem
morbum detegit et vulnus ostendit. Iste sermo mu-
tuus multum habet more. et est quidam series tota
de amore. amor est in animis amor est in ore. tandem
phyllis incipit et arridet flore. Miles inquit inclite
mea cura paris. ubi modo militas vel ubi moraris.
o vita milicie vita singularis. sola digna gaudio dio-
nei laris. Flora ridens oculos iacit in obliquum. dum
puella recolit militem amicum. et in risu loquitur verbum
inimicum. amans inquit poteris dicere mendicum.

Sed quid alcibiades facies mea cura. res creata dignior omni
creatura. quem beauit omnibus gratiis natura. o sola
felicia clericorum iura. Floram phyllis arguit de sermo- phi.
ne duro, in sermone loquitur florum ornatuo. nam et
ex uirguncula inquit corde puro, cui pectus nobile
seruit epicuro. Surge surge misera de furore fedo.
solum esse clericum epicurum credo, nichil elegantie
clerico concedo, cuius implent latera moles et pingue-
do. A castris libidinis cor habet remotum. qui somp-
num desiderat et cibum et potum. o puella nobilis
omnibus est notum. quam sit longe militis ab hoc uo-
to notum. Solis necessariis miles est contentus, somp-
no cibo potui non uiuit intentus. amor illi prohibet
ne sit somnolentus. cibus potus militis amor est et iu-
uentus. Quis amicos copulet nostros loro pari. lex
me nouit lidere ... epulari. natura prohibet illos copulari. meo semper proprium da- Flora.
re tuo dari. Hausit flora sanguinem uultu uere-
cundo. et apparet pulchrior in risu iocundo. et tandem
eloquio reserat facundo. quod corde conceperat artibus
fecundo. Satis plus quam decuit phyllis es astuta.
nimis es eloquio uelox et acuta. sed non efficaciter ue-
rum prosecuta. ut per te preualeat lilio cicuta. Dixisti

de clerico quod indulget sibi. seruum sompni nominas
et potus et cibi. sic solet ab inuido probitas describi. ecce parum
pacere respondebo tibi. Tot et tanta fateor sunt amici
(vel indigeat) mei. que numquam ~~incogitat~~ aliene rei. celle mellis olei
(cereris) cereris liei. aurum gemme pocula famulantur ei. In tan-
dula copia uite clericalis. quod non potest aliqua pingi
uoce talis. uolat et duplicibus semper plaudit alis. amor inde-
ficiens amor immortalis. Sentit tela (ueneris) et amoris ictus. non
tamen est clericus macer et afflictus. quippe nulla copie
parte derelictus. cui respondet animus domine non
fictus. Macer est et pallidus tuus pre electus. pauper et
uix pallio sine pelle tectus. nec uires nec animum nec
robustum pectus. nam dum causa deficit deest et effec-
tus. Turpis est pauperies imminens amanti. quid pre-
stare poterit miles postulanti. sed dat multa clericus et
ex habundanti. tante sunt diuicie redditusque tanti.
Phill. Flore phyllis obicit multum es perita. mutatisque studiis
mutraque uita. satis probabiliter es pulchre mentita. sed hec
altercatio non quiescet ita. Orbem cum letificat ho-
ra lucis feste. tunc apparet clericus satis inhoneste. in
tonsura capitis et in atra ueste portans testimoni-
um uoluntatis meste. Non est adeo fatuus aut (omnino) cecus.

cui non appareat militaris decus. tuus est in ocio quasi
brutum pecus. meum tegit galea meum portat equus.
Meus armis dissipat inimicas edes ⁊ si forte prelium solus
intrat pedes dum tenet bucefalum suus ganimedes.
ille me commemorat inter ipsas cedes. Redit fusis hostibus ⁊ pugna confecta ⁊ me sepe respicit galea reiecta. est

l. ex hus ⁊ ex aliis tone recta

vita milicie nichil prelecta. Movit iram phyllidis

Flora

⁊ pectus anhelum. ⁊ remittit multiplex illi flora telum.
frustra dixit loqueris os ponens in celum ⁊ per acum niteris figere camelum. Mel per felle deseris ⁊ per falso verum.
approbans miliciam reprobando clerum. facit amor militem strenuum ⁊ aut ferum. non immo pauperes ⁊ defectus rerum. Multum est calamitas militis attrita.
sors illius dura est ⁊ in arto sita. cuius est in pedulo
dubioque vita. ut habere valeat vite requisita. Pulchra phyllis ~~maniam~~ utinam sapienter ames. nec ulterius sentencias amplius reclames. tuum domat militem sitis ⁊ fames. quibus mortis petitur ⁊ inferni trames. Non dicas obprobrium si cognoscas morem. vestem nigram
clerici comam breviorem. habet ista clericus ad summum honorem. ut se se significet omnibus maiorem.
Universa clerico constant esse prona. ⁊ signum impii

portat in corona. imperat militibus et largitur dona. famu-
lante maior est imperans persona. Quod sum clericum semper
esse iuras, illes esse operas factor et duras. sed cum tuus
animus euolat ad curas. celi uias diuidit et rerum
naturas. Meus est in purpura tuus in lorica. tuus est
in prelio meus in lectica. ubi facta principum re-
colit antiqua. scribit querit cogitat totum de ami-
ca. Quid dione ualeat et amoris deus. primo nouit
clericus et instruxit meus. factus est per clericum miles
cythareus. est semper huiusmodi tuus sermo reus.

Liquid flora pariter uocem et certamen. phyllis pri-
mum obstrepit. acquiescit tamen. et probato iudice
redeunt redeunt per gramen. Totum in cupidine est
certamen situm. suum dicunt iudicem uerum et per-
itum. quia uite nouerit utriusque ritum. iam se | iam
se preparant ut eant auditum. Pari forma uirgi-
nes et pari colore. pari uoto militant et pari pudore.
phyllis ueste candida flora bicolore. mulus uec-
tor phyllidis. erat equus flore. Mulus quidem philli-
dis mulus erat unus. que creauit aluit. domuit nep-
tunus. hunc post apri rabiem post adonis funus. misit pro
solatio cithare munus. Pulchre mater phillidis et phy-

sepius

is cupidinis exigit examen

regine. illum tandem protulit ventis hiberine. eo quod indul
serat ope divine. ecce phillis possidet datum leto fine.
Hoc decebat nimium virginis persone. pulcher erat ha
bilis et stature bone. quale esse decuit quem a regione.
tam longinqua miserat neptunus dyone. Si qui de
suppositis et de frenis querunt. quod totum argenteum den
tes muli terunt. sciant quod hec omnia talia fuerunt. qua
lia neptunum munere decuerunt. Non decore caruit illa
phillis hora. sed satis apparuit dives et decora. et non
minus habuit utriusque flora. nam equi prediviti fre
nus domat ora. Equus ille domitus pegaseis horis. sa
tis pulchritudinis habet et decoris. pectus artificio varium colo
ris. nam mixtus nigredini color est oloris. Flora fuit
habilis etatis primeve. et respexit paululum timide non seve.
cervice fuit ardua. coma sparsa leve. auris parva. promi
nens pectus. caput breve. Dorso pando iacuit virginis
sessure. spina que non senserat aliquid pressure. dedit
cavo tibia recta longo crure. totum fuit sonipes studium
nature. Equo supposita radiabat sella. ebur enim me
dium clausit auricella. et cum essent quatuor selle capi
tella. venustavit singulum gemma velut stella. Multa
de preteritis rebus et ignotis. erant mirabilibus ibi sculpta

notus. nuptie mercurii superis admonens. fedus matrimonii
plenitudo dotis. Nullus ibi locus est uacuus aut planus.
habet plus quam capiat animus humanus. solus illa sculp
serat hec spectans uulcanus. uix hec suas credidit potuisse
manus. Pretermisso clipeo militis achillis. laborauit fale
ras et indulsit illis. ferraturam pedibus frenum et maxillis.
et habenas addidit de sponse capillis. Sellam texit pur
pura sub insuta bisso. quam minerua reliquo studio di
misso. a chamo texuerat et flore narcisso. et per fines mar
ginum fabricauit scisso. Equitabant pariter ambe domi
celle. uultus uerecundi sunt et gene tenelle. sic emergunt
lilia sic rose nouelle. sic decurrunt pariter duo celi stelle.
Ad amoris destinant ire paradisum. dulcis ira commouet utriusque
risum. nec per[?] pulchritudinis decus est allisum. fert phyl
lis accipitrem manu flora nisum. Paruo tractu temporis
nemus est inuentum. ad ingressum nemoris murmurat
fluentum. uentus inde redolet mirram et pigmentum. au
diuntur tympana citharaque centum. Quicquid potest hominum
comprehendi mente. totum ibi uirgines audiunt repente.
uocum differentie [illegible] chorus[?] dyapente[?]
sonat [illegible]. Sonant uoces auium modulatione
[illegible] amoris [illegible]